

Sermo

¶

statu figit: quasi nō curans de alijs.
hebre. xxi. **C**aspicientes in actorem
 fidei r̄ cōsummatorem ihesum ih̄sal.
Anam peti a domino r̄c.

Quarto ad metam cito pertingit. q̄
 hic ad regnum velociter transit. **S**tu
 det enim in hac vita purgari. **A**nde
 sapien. iij. **C**onsummatus in breui
 expleuit tempora multa. **S**tadium
 est octaua pars miliarij. **T**radunt
 enim greci scriptores **H**erculem gi
 gantem vno anhelitu centum vigin
 ti quinq; passus percurrisse r̄ stesisse.
 r̄ illud spacium vocasse stadium.
Est itaq; stadij vita p̄sens: in qua
 non remisse. non pigre: sed veloci r̄ a
 lacri gressu debemus post xp̄istum
 currere: q̄ exultauit ut gigas ad cur
 rendum viam. **C**urrere est perficere
Finis stadij est terminus vite **A**nde
 bernardus. **C**ubi fige tu xp̄istiane
 cursus tui metam: vbi xp̄istus posu
 it suam. **D**eutonomo. i. **C**̄precessit vos
 dominus deus noster in via: r̄ meta
 tus est locum in quo tentoria figere
 debetis. **E**cce triplex labor operadi.
 certandi. currendi. **R**eddit autē de
 us mercedem laborum seruoꝝ suoꝝ
 scilicet denarium operantibus. coro
 nam certantibus. brauium currenti
 bus: quod totum deus ipse est: qui e
 rit omnia in omnibus. finis laborū
 r̄ merces singulorum.

¶ **D**ominica in sexagesima.¶ **E**pistola. ¶ **C**orinth. xi.

H **R**atres **L**ibenter sus
 fertis insipientes: cum sitis
 ipsi sapiētes. **S**ustinetis em̄

tricesimustercius

si quis vos in seruitute redigit. si quis
 deuorat. si quis accipit. si quis extol
 litur. si quis in facie vos cedit. **S**ed
 ignobilitateꝝ dico quasi nos infirmū
 fuerimus in hac parte **I**n quo quis
 audeat. in insipientia dico. audeo r̄ ego
 hebrei sunt: r̄ ego. **I**srahelice sunt: r̄
 ego. semē abzabe sunt r̄ ego. ministri
 xp̄isti sunt r̄ ego. **A**t minus sapiens
 dico: plus ego. **I**n laboribus pluri
 mis. in carceribus abundantius. in
 plagis supra modū. in mortibus fre
 quenter. **A** iudeis qui quies quadra
 genas vna minus accepi. **T**er virgis
 celsus sum. semel lapidatus sum. ter
 naufragium feci. **N**octe r̄ die in p̄
 fundo maris fui. in itineribus sepe.
 periculis fluminum. periculis latro
 num. periculis ex genere. periculis
 ex gentibus. periculis in ciuitate. pe
 riculis in solitudine. periculis in ma
 ri. periculis in falsis fratribus. **I**n
 labore r̄ erumna. in vigilijs multis.
 in fame r̄ siti. in ieiunijs multis. in
 frigore r̄ nuditate. **P**reter illa que
 extrinsecus sunt. instantia mea quoti
 dianā sollicitudo omnium ecclesiarū
Quis infirmat: r̄ ego nō infirmos.
Quis scandalizatur: et ego nō vror.
Si gloriari oportet que infirmita
 tis mee sunt gloriabor **D**eus r̄ pater
 domini nostri **I**hesu xp̄isti scit qui
 est benedictus in secula q̄ non men
 tior. **D**amasci prepositus gentis are
 the regis custodiebat ciuitatem da
 mascenorum ut me comprehende
 ret. **E**t per fenestram in sporta di
 missus sum per murum. et sic effu
 gi manus eius. **S**i gloriari oportet:
 non expedit quidem. **M**entiam
 autem ad visiones et reuelationes